



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

<b>Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887)</b>	
<b>Roma</b>	<b>Autoría: Elisabet Seijo Ibañez</b>
Bajo Imperio	
Ámbito: virginidad	
<p>Fuente (en lengua original fuentes escritas: griega, latín):</p> <p>VI. Paulus forti ac sublimi voce proclamat: <i>Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.</i> (Gal. VI, 14): et virgo in Ecclesia de specie carnis ac de corporis pulchritudine gloriatur! Addit Paulus et dicit: <i>Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis</i> (Gal. V, 24): et quae se concupiscentiis carnis et vitiis renuntiasset profiteretur, in iisdem quibus renuntiaverat, invenitur! Deprehenderis virgo, detegeris. Aliud esse te jactas, et aliud affectas. Maculis te concupiscentiae carnalis aspergis, cum integritatis candidata sis et pudoris. <i>Clama</i>, 0446A inquit Esaiæ Deus: <i>Omnis caro faenum, et omnis claritas ejus ut flos foeni. Aruit foenum, et flos decidit: sermo autem Domini manet in aeternum</i> (Isa. XL, 6-8.) Neminem christianum decet, et maxime virginem non decet, claritatem ullam computare carnis et honorem, sed solum appetere sermonem Dei, bona in aeternum mansura complecti. Aut si in carne sit gloriandum, tunc plane quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior femina viris torquentibus invenitur, quando ignes aut cruces aut ferrum aut bestias patitur ut coronetur. Illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora.</p> <p>(Cyprian. Saint. S. Thasci Caecili Cypriani Opera omnia, Pars I (Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum, Volume 3.1).</p>	<p>Traducción: castellano, catalán, euskera, gallego (hay que indicar siempre traductor):</p> <p>6. [...] ¿Y si la virgen en la Iglesia va a alardear de la figura y hermosura de su cuerpo? [...] Bien dejas ver quién eres, virgen; bien te delatas. Te jactas de ser una cosa y piensas otra. Te manchas con las salpicaduras de los vicios carnales, siendo aspirante a la virginidad y pureza. [...] A ningún cristiano le cuadra, y mucho menos a una virgen, dar importancia alguna a la hermosura y brillo del cuerpo. Sólo debe interesarse por la palabra de Dios y aficionarse a los bienes que no perecerán. Y, si alguna vez ha de poder gloriarse de su cuerpo, solamente será cuando es atormentado al confesar el nombre de Cristo, cuando es más fuerte la mujer que los hombres que la torturan, cuando sufre el fuego, las cruces, la espada y las fieras para ser coronada. Esas son las valiosas joyas de la carne, ésas los mejores atavíos del cuerpo (p. 127).</p> <p>(Cipriano de Cartago, <i>Sobre el porte exterior de las vírgenes</i>, Introducción, versión y notas por Julio Campos, Biblioteca de Autores Cristianos 241, Madrid 1964, p. 121-141)</p>



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

Hartel, Wilhelm von, editor. Vienna: Gerold, 1868.)	
Actividad didáctica (si es el caso):	